

lex: & mihi mea lex. Sed quislibet hereticus potest hoc dicere ut intercidat materiam quæ est de inquisitione veritatis. Et ne quæ reminiscor me inuenisse in toto libro unam solam argumentationem / quæ secundum rectam suppositionem & convenientem ordinem procedat. Nominum autem ordo illic grammaticæ & rhythmicæ optimus est: fere enim totus liber metricus & rhythmicus est. Unde & valde gloriantur saraceni in sic pulchro & ornato arabicæ locutionis modo: Et ex his argumentantur / verum prophetam fuisse Mahometum: non enim sic ornate sciuisset loqui homo omnino idiota. Sed sicut superius visum est in quarto capitulo: non consuevit deus loqui in mundo / vel cum prophetis peruersus vel rhythmos. Sic igitur manifestum: quod lex hæc non est a deo / quæ nullum habet ordinem nisi solum rhythmicum & grammaticum qui deo non congruit.

Quæ lex saracenorum non est dei: iniqua enim est: Cap. xij.

Vodecimo oportet considerare: quod lex hæc non est a deo: Deus enim est summe bonus: optimi autem est optima facere secundum Dionysium: quod autem lex Alcorani iniqua est / ex ipso Alcorano manifestum est: Dicit enim in capitulo Elcaph / & in capitulo Elgem: quod interpretatur demones: quod ipsum Alcoranum placet demonibus: & in eodem delectantur: Demones autem iniqui sunt & peruersi secundum voluntatem / quibus præter iniquum aliud placet nihil. Alcoranum igitur malum est. Item Alcoranum causa est omnium malorum: sicut cædis / rapinæ / periurij & huiusmodi: quæ non solum permittit Alcoranum / sed etiam mandat: sicut superius manifestum fuit: & maxime cædes. Non sufficiens autem excusatio est: mandare infideles interimere / sed neque fideles. Dicit enim indubitatio / quod fidelis non debet interimere fidelem: ipsos autem infideles mandat interimere / nisi tributa soluant. Tributum igitur soluere sufficiens causa est interimendi / vel non? Quare non inquantum infideles sunt est tale? Item sicut in pluribus locis Alcorani dicitur Nullum est maius malum / quam deo mendacium iniungere: Alcoranum autem multa & alia mendacia iniungit / præter quæ dicta sunt superius in nono capitulo. De mendacijs quæ in hoc continentur / omnia in deum reflectit. Possumus autem & alia plura ostendere in capitulo enim Elemphaal: quod interpretatur lucra: corano.

*Bois p. 120
lib.*

Aliud argumentum.

Mendacium ex Alcorano.

d iij